

A black and white engraving depicting a scene from a classical tale. In the center, Cupid, the Roman god of desire, stands on a rocky ledge. He is shirtless, wearing only a loincloth, and has a bow and arrow slung over his shoulder. He holds the hand of Psyche, a woman with long hair, who is kneeling on the ground. She is dressed in a flowing robe. A large, coiled snake is draped around her neck. In the background, two lions stand near a seated satyr. The satyr is shirtless and has a beard. The scene is set against a backdrop of rocky cliffs and foliage. The text "Fauna Cœrurca" is written in the upper right corner.

Fauna
Cœrurca

FAUNA ETRUSCA

SISTENS INSECTA QUAE IN PROVINCIIS

FLORENTINA ET PISANA PRAESERTIM COLLEGIT

P E T R U S R O S S I U S

IN REGIO PISANO ATHENAEO

Pub. Prof. & Soc. Ital.



T O M U S P R I M U S.

Prolem sine matre creatam.
Ovid. Met. l. 2.

L I B U R N I.

Typis THOMAE MASI & SOCIORUM.

P R A E S I D U M F A C U L T A T E .

M D C C X C .



Petro. Leopoldo

Hungariae. Et. Bohemiae. Regi. &. Austriae
Magno. Ethuriae. Duci.

Qui.

Ut. Optimis. Ab. Ipsi. Legibus. Ac. Institutis
Ad. Veram. Felicitatem. Vocati. Etrusci
Hanc. Ulteriorem. Assequi. Facilius. Possint
Egregias. Artes. Atque. Doctrinas. Omnes
Quanto. Id. Opportunius
Reipublicae. Bono. Esse. Perspexerit
Tanto. Amantius. Ac. Munificentius
Regio. Fovet. Patrocinio
Principi. Sapientissimo
De. Litteris. Et. Philosophia. Universa
Præsertim. Vero. De. Naturali. Historia
Optime. Merito
Petrus. Rossius
Faunam. Etruscum
Devotus. Nominis. Maiestatique. Eius
D. D. D.



LECTORI

PAUCIS te moror, Amice Lector; Non is enim sum qui de utilitate Scientiae Insectorum, jam a tot praeclarissimis viris fuse, sapienterque illustrata, commenta repetere velim. Id unum te scire cupio. Entomologiam, quae Rhedianis innixa experimentis, sub hoc Coelo ad novam veluti lucem revixit, dum ingenio, studioque multorum, temporibus hisce nostris, apud exteris gentes in vegetiorem aetatem florere admiraremur, domi, ~~nescio quo~~ fato paene neglectam iacere dolebamus, quum PETRUS LEOPOLDUS animum, aestimationemque suam satis aperte ostendens, ditando, ea qua solet magnificentia, Regium Suum Museum rara, & multiplici Insectorum Collectione, aditumque omnibus illuc patefaciendo, amorem in nobis ea cognoscendi excitare visus est: quo factum, ut ego, non ultimus, incredibili eorum desiderio inflammatus fuerim. Etsi autem maxima animi alacritate studium hoc suscepisse, omnesque horas meas subsecivas in eo excolendo impendisse, cum tamen omnia Marte nostro, absque ullo duce, aut alieno consilio, nulla librorum supellectili, & in paupere re confienda forent, vix dici potest, quanta opus fuerit patientia, industriaque, ut fructum aliquem laborum meorum retulisse mihi viderer. Hic certe exiguus, at qualemcumque offero nunc in animi mei erga Patriam gratum testimonium, non quod aliquod operae pretium me fecisse arbitrer, sed quod alios, post me, maximum facere posse confidam.

Praeterea dicendum me in distributione elegisse Methodum Fabricianam uti accuratiorem, & recentiorem, atque in describendis Insectis semper praeposuisse ejus diagnosin. Cum autem multis de caassis impossibile mihi fuerit habere ante oculos opera omnia hujus generis, quae in lucem prodeunt in diem, (atque heic liceat mihi occasionem arriperi publice profitendi me gratum Nobilissimo Viro Sigismundo Comiti de Hohenwart, qui in suppeditandis rarissimis, & pretiosissimis libris mihi adiutor fuit,) consultum duxi notare asterisco omnes detectas species, quas Clarissimus Fabricius non habet, novae sint, aut non; descriptae ab aliis, aut indescriptae. Experientia vero edoctus, quantum incertitudinis, atque laboris *Entomologiae studiosis* afferre soleat brevitas, plerumque manca, in describendis Insectis, praesertim novis, non minus damnandam verbositatem, quam pauciloquium effugere studui. Reliquum quod praestiti, ex opere ipso deprehendes. Vale.

Dab. Pisis Kal. Sept. 1789.

EXPLICATIO TABULAE FRONTIS.

PETRUS LEOPOLDUS Hungariae & Bohemiae Rex, bonarumque artium fautor munificentissimus, cunctis jure non minibus in hac Tabula Etrusci Genii principem gerit personam. Ille est qui Naturalis Historiae filiam Entomologiam languentem manu erigit, eique silvam spinis undique consistam indicans, ad saxum dirigit, in quo rudibus insculptus litteris libri titulus legitur; nempe FAUNA ETRUSCA. Arnus cum emblematis, Leo, aliaque sat bene locum designare videntur.

Cum hoc argumentum deinde mihi, aliter novoque penitus modo, ab illustri ac peritissimo Picturae cultore expressum fuerit, duxi rem omnibus gratam facturum, si idem in altero Operis volumine rursus exhiberetur.

I N D E X

GENERUM, ET SPECIERUM.

*Asteriscus notat speciem aut novam esse, aut a Clarissimo
Fabricio indescriptam.*

G. I. LUCANUS .	25. <i>Bison</i> .	48. <i>Argentea</i> .
1. <i>Cervus</i> .	26. <i>Hispanus</i> .	49. <i>Pulverulenta</i> .
2. <i>Capreolus?</i>	27. <i>Taurus</i> .	50. <i>Brunnea</i> .
3. <i>Parallelepipedus</i> .	28. <i>Vacca</i> .	51. <i>Frischii</i> .
4. <i>Caraboides</i> .	29. <i>Nuchicornis</i> .	52. <i>Vitis</i> .
G. II. SCARABAEUS .	30. <i>Caprae</i> .	53. <i>Nitidula</i> . *
5. <i>Nasicornis</i> .	31. <i>Furcatus</i> .	G. VI. TRICHIUS .
6. <i>Dispar</i> .	32. <i>Sacer</i> .	54. <i>Fasciatus</i> .
7. <i>Tiphoeus</i> .	33. <i>Laticollis</i> .	55. <i>Hemipterus</i> .
8. <i>Silenus</i> .	34. <i>Schaefferi</i> .	G. VII. CETONIA .
9. <i>Subterraneus</i> .	35. <i>Geoffroae</i> . *	56. <i>Aurata</i> .
10. <i>Fimetarius</i> .	Sc. <i>Pilulatus</i> F.	57. <i>Speciosissima</i> . *
11. <i>Bimaculatus</i> .	36. <i>Schreberi</i> .	58. <i>Morio</i> .
12. <i>Erraticus</i> .	37. <i>Flavipes</i> .	59. <i>Eremita</i> .
13. <i>Conspurcatus</i> .	38. <i>Ovatus</i> .	60. <i>Hirta</i> .
14. <i>Luridus</i> .	G. IV. TROX .	61. <i>Stictica</i> .
15. <i>Granarius</i> .	39. <i>Luridus</i> .	G. VIII. HISTER .
16. <i>Irroratus</i> . *	G. V. MELOLONTA .	62. <i>Unicolor</i> .
17. <i>Stercorarius</i> .	40. <i>Fullo</i> .	63. <i>Laevus</i> . *
18. <i>Vernalis</i> .	41. <i>Vulgaris</i> .	64. <i>Quadrivaculatus</i> .
19. <i>Punctulatus</i> . *	42. <i>Solstitialis</i> .	65. <i>Aeneus</i> .
20. <i>Quadrimaculatus</i> .	43. <i>Oblonga</i> .	66. <i>Brunneus</i> .
21. <i>Porcatus</i> .	44. <i>Devota</i> . *	67. <i>Detritus</i> .
22. <i>Asper</i> .	45. <i>Agricola</i> .	68. <i>Depressus</i> .
23. <i>Quisquilius</i> .	46. <i>Horticola</i> .	69. <i>Abbreviatus</i> .
24. <i>Lunaris</i> .	47. <i>Ruricola</i> .	70. <i>Sulcatus</i> . *

71.	<i>Minimus</i> . *	102.	<i>Molle</i> .	131.	<i>Vespillo</i> .
72.	<i>Bimaculatus</i> .	103.	<i>Minutum</i> .	G. XXIV.	<i>SILPHA</i> .
G. X.	<i>DERMESTES</i> .	104.	<i>Serraticorne</i> . *	132.	<i>Littoralis</i> .
73.	<i>Lardarius</i> .	G. XVI.	<i>PTINUS</i> .	133.	<i>Atrata</i> .
74.	<i>Murinus</i> .	105.	<i>Fur</i> .	134.	<i>Rugosa</i> .
75.	<i>Pellio</i> .	106.	<i>Germanus</i> .	135.	<i>Sinuata</i> .
76.	<i>Tessellatus</i> .	107.	<i>Scotias</i> .	136.	<i>Russica</i> .
77.	<i>Cadaverinus</i> .	G. XVII.	<i>BRUCHUS</i> .	G. XXV.	<i>OPATRUM</i> .
78.	<i>Violaceus</i> .	108.	<i>Pisi</i> .	137.	<i>Sabulosum</i> .
79.	<i>Rufipes</i> .	109.	<i>Granarius</i> .	138.	<i>Griseum</i> .
80.	<i>Sanguinicollis</i> .	110.	<i>Seminarius</i> .	139.	<i>Agricola</i> .
81.	20-guttatus .	111.	<i>Cisti</i> .	G. XXVI.	<i>NITIDULA</i> .
82.	<i>Dentatus</i> . *	112.	<i>Bipunctatus</i> .	140.	<i>Bipustulata</i> .
83.	<i>Tomentosus</i> .	G. XVIII.	<i>ELOPHORUS</i> .	141.	<i>Obscura</i> .
84.	<i>Fumatus</i> .	113.	<i>Aquaticus</i> .	142.	<i>Flavo-maculata</i> . *
85.	<i>Scaber</i> .	G. XIX.	<i>SPHAERIDIUM</i> .	143.	<i>Punctata</i> . *
G. XI.	<i>MELKRIS</i> .	114.	<i>Scarabaeoides</i> .	144.	<i>Varia</i> .
86.	<i>Bimaculatus</i> . *	115.	<i>Melanocephalum</i> .	145.	<i>Hirta</i> .
G. XII.	<i>BOSTRICHUS</i> .	116.	<i>Haemorrhoidale</i> .	146.	<i>Aestiva</i> .
87.	<i>Capucinus</i> .	117.	<i>Atomarium</i> .	147.	<i>Veris</i> . *
88.	<i>Typographus</i> .	118.	<i>Immaculatum</i> . *	148.	<i>Pedicularia</i> .
89.	<i>Micographus</i> .	G. XX.	<i>TRITOMA</i> .	G. XXVII.	<i>COCCINELLA</i> .
90.	<i>Piniperda</i> .	119.	<i>Incorta</i> . *	149.	<i>Impunctata</i> .
91.	<i>Scolytus</i> .	G. XXI.	<i>IPS</i> .	150.	<i>Bipunctata</i> .
92.	<i>Bidentatus</i> .	120.	<i>Quadripustulata</i> .	151.	<i>Tripunctata</i> .
93.	<i>Bruchoides</i> . *	121.	<i>Crenata</i> .	152.	<i>Quinquepunctata</i> .
G. XIII.	<i>BYRRHUS</i> .	122.	<i>Taxicornis</i> . *	153.	7-punctata .
94.	<i>Pilula</i> .	123.	<i>Linearis</i> . *	154.	9-punctata .
95.	<i>Niger</i> .	124.	<i>Pusilla</i> . *	155.	<i>Nigro-fasciata</i> . *
G. XIV.	<i>ANTHENUS</i> .	G. XXII.	<i>HISPA</i> .	156.	11-punctata .
96.	<i>Pimpinellae</i> .	125.	<i>Flabellicornis</i> .	157.	13-punctata .
97.	<i>Scrophulariae</i> .	126.	<i>Pectinicornis</i> .	158.	14-punctata .
98.	<i>Museorum</i> .	127.	<i>Flavescens</i> . *	159.	19-punctata .
99.	<i>Verbasci</i> .	128.	<i>Testacea</i> .	160.	<i>Conglomerata</i> .
G. XV.	<i>ANOBIUM</i> .	129.	<i>Atra</i> .	161.	<i>Conglobata</i> .
100.	<i>Pertinax</i> .	130.	<i>Pomaticornis</i> . *	162.	22-punctata .
101.	<i>Thoracicum</i> . *	G. XXIII.	<i>NICROPHORUS</i> .	163.	24-punctata .

VIII

164. 25-punctata . 199. *Alni* . 234. *Tridentatus* .
 165. 13-maculata . 200. *Vitellinae* . 235. *Moraei* .
 166. *Pallida* . * 201. *Betulae* . 236. *Auritus* . v. ad fin.
 167. *Detrita* . 202. *Coccinea* . op. add.
 168. 10-guttata . 203. *Obscura* . 237. *Sericus* .
 169. *Bipustulata* . 204. *Marginata* . 238. *Nitens* .
 170. *Similis* . * 205. 20-punctata . 239. *Marginatus* .
 171. 4-pustulata . 206. *Cerealis* . 240. *Flavilabris* .
 172. 6-pustulata . 207. *Americana* . 241. *Cyaneus* .
 173. 12-pustulata . 208. *Dytiscoides* . * 242. *Sexpunctatus* .
 174. *Variabilis* . 209. *Polygoni* . 243. *Flavipes* .
 175. 10-pustulata . 210. *Collaris* . 244. *Labiatus* .
 176. *Pantherina* . 211. *Cerasi* . 245. *Octo-maculatus* . *
 177. 20-guttata . 212. *Metallica* . * 246. *Trimaculatus* . *
 178. *Minutissima* . * 213. *Hyoscyami* . 247. *Bipustulatus* .
 179. 4-maculata . * 214. *Oleracea* . 248. *Sexpustulatus* . *
G. xxviii. CASSIDA. 215. *Erythrocephala* . 249. *Histrio* .
 180. *Viridis* . 216. *Helxines* . 250. 10-punctatus .
 181. *Murraea* . 217. *Rufipes* . 251. *Coryli* .
 182. *Nobilis* . 218. *Fuscipes* . 252. *Vitis* .
 183. *Nebulosa* . 219. *Nitidula* . 253. *Quadripustulatus* .
 184. *Ferruginea* . 220. *Exoleta* . 254. *Pilosus* . *
 185. *Limbata* . 221. *Atra* . 255. *Pusillus* .
G. xxx. CHRYSOMELA. 222. *Testacea* . **G. xxxii. CISTELA.**
 186. *Tenebricosa* . 223. *Hemisphaerica* . 256. *Gigas* .
 187. *Haemoptera* . 224. *Tabida* . 257. *Cerambooides* .
 188. *Bankii* . 225. *Lineata* . * 258. *Cervina* .
 189. *Rustica* . 226. *Lurida* . * 259. *Testacea* .
 190. *Tanaceti* . 227. *Truncata* . * 260. *Murina* .
 191. *Populi* . **G. xxxi. CRYPTOCEPHALUS.** 261. *Pallida* .
 192. *Staphylaea* . LUS . 262. *Sulphurea* .
 193. *Polita* . 228. *Longipes* . 263. *Lepheroides* .
 194. *Sanguinolenta* . 229. *Quadripunctatus* . **G. xxxiii. CRIOCERIS.**
 195. *Graminis* . 230. *Bipunctatus* . 264. *Calmariensis* .
 196. *Aenea* . 231. *Bimaculatus* . 265. *Merdigera* .
 197. *Speciosa* . 232. *Scopolinus* . 266. 12-punctata .
 198. *Boleti* . 233. *Cordiger* . 267. *Sanguinea* .

268. <i>Tenella</i> .	303. <i>Scirpi</i> . *	340. <i>Nigrita</i> .
269. <i>Cyanella</i> .	304. <i>Acridulus</i> .	341. <i>Pyri</i> .
270. <i>Melanopa</i> .	305. <i>Filiformis</i> .	342. <i>Oblongus</i> .
271. <i>Flavipes</i> .	306. <i>Quinquemaculatus</i> . *	343. <i>Ovatus</i> .
272. <i>Phellandrii</i> .	307. <i>Cerasi</i> .	344. <i>Argentatus</i> .
273. <i>Campestris</i> .	308. <i>Faber</i> . *	345. <i>Nubilus</i> .
G. XXXV. LAGRIA .	309. <i>Vilis</i> . *	346. <i>Fullo</i> . *
274. <i>Hirta</i> .	310. <i>Scrophulariae</i> .	G. XXXXI. RHINOMACER.
275. <i>Coerulea</i> .	311. <i>Abietis</i> .	347. <i>Brentoides</i> . *
276. <i>Bifasciata</i> .	312. <i>Fatuus</i> . *	G. XXXXII. ATTELABUS.
277. <i>Nigra</i> .	313. <i>Statua</i> . *	348. <i>Coryli</i> .
278. <i>Antherina</i> .	314. <i>Nucum</i> .	349. <i>Curculionoides</i> .
379. <i>Floralis</i> .	315. <i>Torrix</i> .	350. <i>Pubescens</i> .
G. XXXX. CURCULIO .	316. <i>Druparum</i> .	G. XXXXIII. CLERUS .
380. <i>Colon</i> .	317. <i>Fumosus</i> . *	351. <i>Fermicarius</i> .
281. <i>Bilineatus</i> .	318. <i>Cinclus</i> . *	352. <i>Unifasciatus</i> .
282. <i>Bimaculatus</i> .	319. <i>Violaceus</i> .	353. <i>Apiarius</i> .
283. <i>Pulverulentus</i> . *	320. <i>Salicis</i> .	G. XXXXIV. NOTOXUS .
284. <i>Cardui</i> . *	321. <i>Alni</i> .	354. <i>Monoceros</i> .
285. <i>Ascanii</i> .	322. <i>Viminalis</i> .	355. <i>Schaedia</i> . *
286. <i>Bacchus</i> .	323. <i>Barbarus</i> .	G. XXXXVII. CERAMBYX.
287. <i>Betulae</i> .	324. <i>Nebulosus</i> .	356. <i>Moschatus</i> .
288. <i>Campanulae</i> .	325. <i>Sulcrostris</i> .	357. <i>Cerdo</i> .
289. <i>Alliariae</i> .	326. <i>Ophtalmicus</i> . *	358. <i>Heros</i> .
290. <i>Cyanus</i> .	327. <i>Afinis</i> . *	359. <i>Nebulosus</i> .
291. <i>Flavipes</i> .	328. <i>Viridis</i> .	360. <i>Varius</i> .
292. <i>Nigrirostris</i> .	329. <i>Verecundus</i> . *	361. <i>Hispidus</i> .
293. <i>Rufirostris</i> .	330. <i>Griseus</i> .	362. <i>Quercus</i> . *
294. <i>Pericarpius</i> .	331. <i>Lineatus</i> .	G. XXXXVIII. LAMIA .
295. <i>Paraplecticus</i> .	332. <i>C. nigrum</i> . *	363. <i>Textor</i> .
296. <i>Abbreviatus</i> .	333. <i>Hispidulus</i> .	364. <i>Sutor</i> .
297. <i>Pseudo-acori</i> . *	334. <i>Scabriculus</i> .	365. <i>Kaehleri</i> .
298. <i>Pastinacae</i> . *	335. <i>Punctatus</i> .	366. <i>Funesta</i> .
299. <i>Pini</i> .	336. <i>Punctatulus</i> .	367. <i>Nebulosa</i> .
300. <i>Curvirostris</i> .	337. <i>Senex</i> . *	368. <i>Pedestris</i> .
301. <i>Frumentarius</i> .	338. <i>Aspersus</i> .	369. <i>Molitor</i> .
302. <i>Granarius</i> .	339. <i>Latirostris</i> .	370. <i>Unifasciata</i> . *

sciis duabus flavis, atrisque alternis, e quibus flava baseos, atra apicis. Pedes flavi.

Habitat in plantis non frequens.

277. L. N I G R A.

Long. 2. $\frac{1}{4}$ *l.* *Lat.* $\frac{1}{2}$ *l.*

Pilosa nigra, elytris molliusculis. *F. sp.* *App.* 498. 13. 14.

Mant. 94. 19.

Anobium Nigrum sp. *Ins.* 71. 5. *Syst. Ent.* 62. 4.

Dermestes Niger Linn. *Syst. Nat.* 564. 28. *Fn. Sv.* 439.

Cantharis pilosa Scop. *Ent. Carn.* 131.

Petagna Sp. *Ins. Cal. fig. IX.*

Nigra pilis ubiq pubescens. Antennae elytro breviores, subdentatae articulo ultimo ovato.

Habitat in floribus.

278. L. A N T H E R I N A.

Nigra, elytris fasciis duabus ferrugineis. *F. sp.* 160. 14.

Meloe Antherinus alatus, niger, elytris fasciis duabus ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 681. 16. *Fn. Sv.* 829.

Vix pediculo major, agilis, cursitans.

Habitat in floribus.

279. L. F L O R A L I S.

Nigra, thorace ferrugineo. *F. sp.* 161. 15.

Meloe Floralis, alatus, niger, elytris maculis duabus pallidis obsoletis. *Linn. Syst. Nat.* 681. 15. *Fn. Sv.* 830.

Priori simillima. Statura eadem. Elytra fusca maculis duabus ovatis transversis, pallidis.

Habitat in floribus primo vere frequens.

XL. C U R C U L I O.

Palpi quatuor filiformes. *Maxilla* cylindrica, unidentata.

Labium integrum. Antennae insidentes rostro corneo.

* *Longirostres femoribus simplicibus.*

280. C. C O L O N .

Long. a basi rostri ad anum 4. $\frac{1}{2}$ l. Lat. 2. l.

Longirostris griseus, elytris puncto albo. F. sp. 164. 16.

C. Colon. Linn. Mant. 531.

C. oblongus, fuscus, thoracis lateribus albis, elytris striatis, puncto albo. Geof. Ins. 1. 280. 6. Le Charanson à deux points blancs.

C. Palustris. Scop. Ent. Carn. 104. Schrank. E. I. 208.

Schaf. Icon. t. 62. f. 10. t. 160. f. 6.

Rostrum thorace longius, apice dilatatum. Thorax elytris obscurior linea lateralí albida. Elytra striata, puncto albo in medio notata.

Habitat in pratis paludosis.

281. C. B I L I N E A T U S ?

Long. 5. l. Lat. 1. $\frac{3}{4}$ l.

Longirostris fuscus, elytris lineis duabus punctorum alborum. F. sp. 164. 18.

Rostrum brevius, crassiusculum. Thorax niger lineis quatuor albis, duabus in medio, & binis marginalibus. Elytra striata, punctata, nigra, lineis duabus e maculis quadratis albis, quarum altera ad marginem, altera ad suturam. Abdomen subtus cinereum nigro punctulatum. Pedes simplifices cinereo-fusci.

Habitat in pratis.

282. C. B I M A C U L A T U S .

Long. 4. $\frac{1}{3}$ l. Lat. 2. l.

Longirostris fuscus, elytris, puncto cinereo, rostro, pedibus atris. F. Mant. 98. 21.

Statura *C. Colon*, at paullo minor. Rostrum incurvum, atrum, nitidum. Thorax fuscus linea laterali cinerea. Elytra laevia fusca puncto distincto cinereo. Pedes nigri. *F.* Color fuscus vergit in testaceum.

Habitat in silvestribus frequens.

* 283. C. P U L V E R U L E N T U S.

Long. 5. l. *Lat.* 2. l.

Longirostris, thorace punctis prominulis, elytris transversim rugosis. *Scop. Ent. Carn.* 75.

Cylindricus. Cum flores continuo frequentet, ubique polline antherarum aspersus apparet plerumque colore flavo-viridi. Rostrum teres. Antennae subrufae. Femora mutica.

Habitat in plantis variis frequens.

* 284. C. C A R D U I.

Long. 8. $\frac{1}{2}$. l. *Lat.* 4. l.

Longirostris niger, polline flavo adspersus, elytris punctato-striatis femoribus muticis.

An *C. Triangularis*. *Petagna sp.* *I. C.* 71?

Statura *C. Colon*, sed triplo fere major. Corpus totum polline flavo irroratum, uti in *C. Pulverulento Scopoli*. Antennae fractae fuscae clava cinerea. Rostrum crassiusculum teres, subcarinatum. Thorax planus, scaber, postice & scutelli loco obsolete angulatus. Elytra non transversim rugosa uti in *C. Pulverulento*, sed punctato-striata, striis in singulo decem. Abdomen, pedesque flavo-villosi. Alae fuscae. Mihi visus longirostris. *Tab. V. f. II.*

Habitat Florentiae, frequens in floribus Cardui Nutantis.

285. C. A S C A N I I.

Long. 4. l. *Lat.* 1. l.

Longirostris, cylindricus, ater lateribus subcoerulecentibus.

F. sp. 173. 67. *Linn. Syst. Nat.* 610. 36.

Corpus tota structura *C. Paraplectici*, sed apex elytrorum

acus, non mucronatus. Totus ater, linea canescente marginali ab oculis usque ad elytrorum apicem ducta. Subtus totus canescens.

Habitat ruri frequens.

286. C. B A C C H U S.

Long. 2. l. *Lat.* 1. l.

Longirostris, aureus, rostro, plantisque nigris. *F. sp.* 165.
22. *Linn. Syst. Nat.* 611. 38.

Rhinomacer niger, elytris rubris, capite, thoraceque aureis, proboscide longitudine corporis. *Geof. Ins.* 1. 270. 4. *Le Becmare doré à étuis rouges.*

Schrank. E. I. 199.

De Geer. Ins. 5. 366. 35. *Le Charanson Cramoisi.*

Schaef. Icon. t. 37. f. 13.

Rubro-aureus villosum. Thorax semper muticus. Rostrum, & tibiae nigrae. Character *igniti* a *Linnaeo* datus *C. Populi* huic magis convenire videtur.

Habitat in hortis.

287. C. B E T U L A E.

Long. 2. $\frac{1}{4}$ l. *Lat.* 1. $\frac{1}{4}$ l.

Longirostris corpore viridi-aurato, subtus concolore *F. sp.* 165. 23. *Linn. Syst. Nat.* 611. 39. *Fn. Sv.* 605.

Curculio longirostris antennis rectis nigris, corpore subquadrato viridi aurato, nitidissimo, pedibus purpureo-aeneis.

De Geer Ins. 5. 248. 5. t. 7. f. 25.

Rhinomacer totus viridi-coeruleus. *Geof. Ins.* 1. 270. 2. *Le Becmare vert.*

Scop. E. Carn. 77. *Schrank. E. I.* 197.

Schaef. Icon. t. 104. f. 4.

Variat saepius colore omnino coeruleo; alter sexus, qui thoracem antrorsum spinosum gerit: *Rhinomacer Bispinus* *Schaef. Ic.* t. 6. f. 4. *Mull. Z. D. Pr.* 1023. *C. Violaceus*. *Scop. E. C.* 78.

Habui quamplures eductos omnes e foliis Vitis contortis. Nonnulli habebant thoracem angustiorem inermem, et proboscidem breviorum: Alii thoracem latiorem spinis duabus armatum, et proboscidem longiorem; hujusmodi characteres notavi constanter tam in jis qui corpore viridi-aurato subtus &c. quam in iis qui corpus habent coeruleum a quibusdam (vide *Geoffroy. pag. 271. 4.*) pro feminis habiti: quare thorax, spinae, proboscis, non color, ut optimae etiam animadvertisit *Fabricius*, sexum distinguunt, sed spinas thoracis quae iuxta *Linnaeum* maribus competitunt, in feminis *Geoffroyanis* occurrere tantum observavimus.

288. C. C A M P A N U L A E.

Long. $\frac{1}{3}$

Longirostris, niger, ovatus, elytris striatis obtusis. *F. sp.* 167. 31. *Linn. Syst. Nat.* 506. 7.

Curculio longirostris, antennis fractis fuscis, corpore subgloboso, cinereo, nigro, elytris lineis griseis. *De Geer. Ins. 5.* 236. 23. *Le Charanson de la Campanule.*

Habitat in pericarpiis Campanulae.

289. C. A L L I A R I A E.

Long. 1. $\frac{1}{2}$ 1. *Lat.* $\frac{1}{2}$ 1.

Longirostris, violaceus totus. *F. sp.* 168 40. *Linn. Syst. Nat.* 506. 4. *Fn. Sv.* 580.

C. coeruleus longirostris, antennis rectis, corpore obtuso, villoso, coeruleo, violaceo nitido. *De Geer. Ins. 5.* 251. 39. *Geof. Ins. 1.* 271. 5. *Le Becmare bleu à poil.*

Curc. Icosandriae. Scop. Ent. Carn. 85.

Villosulus, nitidus. Caput, thorax, femora nigra coerulescentia. Elytra striata. Colore & magnitudine admodum variat.

Habitat in Erysimo Alliaria.

290. C. C Y A N E U S.

Long. $\frac{1}{4}$ l. *Lat.* $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris, ater, elytris violaceis. *F. sp.* 168. 41. *Linn.*

Syst. Nat. 506. 5. *Fn. Sv.* 581.

Curculio longirostris, antennis rectis, corpore oblongo, nigro, elytris nigro-coeruleis. *De Geer. Ins.* 5. 252. 41.

Le Charanson noir violet.

Elytra violacea. Pedes ferruginei.

Habitat in Salice.

291. C. F L A V I P E S.

Long. $\frac{2}{3}$ l. *Lat.* $\frac{1}{3}$ l.

Longirostris, ater, femoribus luteis. *F. sp.* 169. 47.

Rhinomacer subglobosus niger, striatus, femoribus rufis.

Geof. Ins. 1. 272. 8. *Le Becmare noir à pattes fauves.*

Totus ater, femoribus solis luteis. Elytra striata.

Habitat frequens in locis apricis.

292. C. N I G R I R O S T R I S.

Long. $\frac{3}{4}$, 1. l. *Lat.* $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris viridis, rostro atro. *F. sp.* 167. 33.

Caput fuscum, rostro cylindrico, atro. Thorax gibbus, rotundatus, viridis, lineis duabus dorsalibus fuscis, vix conspicuis. Elytra tomentosa, viridia, immaculata. Pedes fusi, femoribus simplicibus.

Habitat etiam in hortis.

293. C. R U F I R O S T R I S.

Lon. 1. $\frac{1}{2}$ l. *Lat.* $\frac{1}{3}$ l.

Longirostris niger, rostro dimidiato, pedibusque rufis. *F. sp.* 167. 35.

Rostrum elongatum a medio ad apicem rufum puncto nigro.

Elytra nigra, striata. Thorax niger. Pedes rufi simpli-
ces femoribus anticis basi nigra.

Lectus in silvis sub arborum cortice.

294. C. PERICARPIUS.

Long. 1. l. Lat. $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris, subglobosus, nebulosus, elytrorum sutura basi
alba. *F. sp.* 167. 37.

C. Pericarpinus, longirostris, subglobosus, coleoptris macu-
la cordata alba. *Linn. Syst. Nat.* 609. 31. *Fn. Sv.* 602.

Geof. Ins. 1. 298. 46. *Le Charanson porte coeur de la Scro-
fulaire.*

Statura *C. Campanulae*; totus supra obscure fuscus, subtus
cinereus. Rostrum tenui, longum. Femora clavata muti-
ca. Pedes picei.

Habitat in Scrophulariis.

295. C. PARAPLECTICUS.

Long. 7. $\frac{1}{2}$ l. Lat. 1. $\frac{1}{4}$ l.

Longirostris, cylindricus, subcinereus, elytris mucronatis.
F. sp. 172. 62. *Linn. Syst. Nat.* 610. 34. *Fn. Sv.* 604.

Curculio oblongus, elytris villoso-cinereis, sutura nigra.

Geof. Ins. 1. 279. 4. *Le Charanson à suture noire.*

Curc. Phellandrii longirostris, antennis fractis, corpore oblon-
go, cylindrico, griseo, viridi flavescente, elytris acumina-
tis remotis. *De Geer. Ins.* 5. 224. 18. t. 7. f. 8. cum
accuratissima descriptione.

Schaef. Icon. t. 44. f. 1.

Goeze E. B. 1. 348. 34.

Non dubitandum de *C. Nemoreo* *Scop.* *Ent. Carn.* 101.
Habitat larva intra caulem *Phellandrii*. *Equis paraplegiam*
caussari creditur. *Linn.* at revocat in dubium.

De Geer. l. c.

296. C. A B B R E V I A T U S .

Long. 5. $\frac{1}{2}$ l. Lat. 2. 1.

Longirostris, ater, thorace plano, punctato, elytris abbreviatis. *F. Man.* 99. 25.

Totus ater, piceus. Rostrum elongatum, incurvum. Antennae fractae nigrae clava cinerea. Thorax planus, punctatus, subcarinatus. Elytra substriata abdomine breviora. Alae margine crassiori flavescente.

Habitat silvas in Quercu Robore frequens.

* 297. C. P S E U D - A C O R I .

Long. 2. $\frac{1}{2}$ l. Lat. 1. $\frac{1}{4}$ l.

Longirostris, corpore ovato, cinereo, thorace, elytrisque nigris striatis, puncto ad suturam albo.

Fuesly Archiv. t. 24. f. 17.

Statura C. *Scrophulariae*, sed major. Antennae fractae cinereae clava nigra. Rostrum subulatum basi cinereum apice nigrum, quod sub ventre inflectit. Caput rufo-cinereum. Thorax niger postice dilatatus sulco medio dorsali impresso, et lateribus cinereus. Elytra nigra, gibba, striata, abdomine paulo breviora, puncto pone scutellum albo ad suturam communi. Abdomen subtus cinereum. Pedes simplices latere externo cinerei, interno nigri. Variat interdum colore elytrorum subtestaceo fusco.

Habitat in floribus Ireos Pseud-Acori mens. maj. frequens.

* 298. C. P A S T I N A C A E .

Long. 2. l. Lat. $\frac{2}{3}$ l.

Longirostris, griseo-flavus muticus, rostro nigro, elytris apice nigro-punctatis.

Griseo-flavus villosus. Rostrum deflexum nigrum, pilosum, antennis apice nigris. Thorax vix nigro-maculatus. Elytra versus apicem lineis tribus e punctis nigris distinctis striata,

quarum una ad marginem , altera ad suturam , et tertia in medio .

Habitat in umbellis Pastinaceae sativae , ubi nidulatur , peduncula interna contorquens , crispans .

299. C. P I N I .

Long. 3. $\frac{1}{2}$ l. *Lat.* 1. $\frac{1}{3}$ l.

Longirostris , elytris rufescentibus , nebulosis . *F. sp.* 163. 13.
Linn. Syst. Nat. 608. 19. *Fn. Sv.* 589.

Curculio longirostris , antennis fractis , femoribus muticis , corpore oblongo , testaceo , maculis , lineisque transversis flavis , elytris gibbosis . *De Geer. Ins.* 5. 222. 5.

Thorax punctis duobus , scutelloque albis , fascia elitrorum ex maculis ferrugineis . Femora griseo-maculata .

Linnaeus in *Fn. Sv.* dedit hujus descriptionem sub *C. Abietis* . Confer *Schrink. C. Pini.* 195.

Habitat in Pini silvestris cortice ,

300. C. G U R V I R O S T R I S .

Long. 2. l. *Lat.* $\frac{3}{4}$ l.

Longirostris ater , nitidus , rostro arcuato . *F. sp.* 166. 29.

Corpus totum atrum , immaculatum , nitidum . Rostrum elongatum cylindricum , arcuatum . Thorax punctatus . Elytra substriata . Femora mutica . *Proximus C. Campanulae* .

Habitat ruri frequens .

301. C. F R U M E N T A R I U S .

Long. 1. $\frac{1}{4}$ l. *Lat.* $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris sanguineus . *F. sp.* 169. 49. *Linn. Syst. Nat.* 608. 15. *Fn. Sv.* 586.

C. Sanguineus , longirostris , antennis rectis , corpore oblongo sanguineo . *De Geer. Ins.* 5. 251. 40. *Le Charanson rouge* .

Rostrum tenui . Elytra striata .

Habitat in frumento diutius asservato .

302. C. GRANARIUS.

Long. 1. $\frac{1}{2}$ l. *Lat.* $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris, piceus, thorace punctato, longitudine elytrorum. *F. sp.* 171. 56. *Linn. Syst. Nat.* 608. 16. *Fn. Sv.* 587.

Curculio rufo-testaceus, oblongus, thorace elytrorum fere longitudine. *Geof. Ins.* 1. 285. 18. *Le Charanson du bled.*

C. longirostris, antennis fractis, corpore oblongo, fusco castaneo. *De Geer. Ins.* 5. 239. 25.

Scop. Ent. Carn. 89. *Schrank. E. I.* 207.

Schaef. Icon. t. 174. f. 5. a. 5. b.

Leevwen. lettre du 6. Aout 1687. p. 74. 83. f. 1.

Habitat in frumento diutius asservato. Pellitur aqua calcis.

* 303. C. SCIRPI.

Longirostris, femoribus simplicibus, niger, thorace subcarinato, elytris piceis, pilis cinereis aspersus, puncto cinereo.

Statura, & facies *Curculio Equiseti*, at paulo major. Caput nigrum. Oculi picei. Rostrum arcuatum, cylindricum, striatum, nigrum, thorace longius. Antennae testaceaee fractae. Articulus primus aequat longitudinem omnium caeterorum. Thorax piceus, subglobosus, punctato-excavatus, dorso subcarinatus, lateribus macula cinerea. Elytra connata, subporcata, subrugosa picea, pilis rufo-cinereis aspersa, & macula in singulorum medio versus suturam.

Abdomen nigrum lateribus supra sericeum. Pedes testacei, pilosi, inermes. Differt a *C. Equiseti* elytris non muricatis, & non maculatis in apice, & a *C. Maculato*, elytris subrugosis, & pedibus testaceis. *D'Antic. Act. Soc. Linn.*

Habitat in paludibus, an in Scirpo maritimo? „ Ego saepius inveni sub arborum cortice in locis paludosis.

304. C. ACRIDULUS.

Long. 1. $\frac{1}{4}$ l. *Lat.* $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris piceus, abdomine ovato. *F. sp.* 169. 46. *Linn. Syst. Nat.* 133. 32. *Fn. Sv.* 584.

C. Pyriformis nigro-coerulescens, abdomine ovato. *Geof. Ins.*

I. 291. *Le Charanson Pyriforme.*

C. longirostris, antennis fractis fuscis, femoribus muticis, corpore ovato nigro fusco tibiis pallidis. *De Geer. Ins.*

5. 235. 22.

Elytra striato-punctata.

Habitat in floribus.

305. C. FILIFORMIS.

Long. 3. l. Lat. $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris, cylindricus, subcinereus, thorace lineis tribus fuscis. *F. sp.* 172. 63.

Statura *C. Paraplectici*, at minor. Rostrum cylindricum, fuscum. Thorax cinereus lineis tribus fuscis. Elytra cinerea immaculata, minime punctata, obtusa. Pedes fusci.

Habitat in locis apricis humentibus.

* 306. C. QUINQUEMACULATUS.

Long. 1. $\frac{1}{3}$ l. Lat. $\frac{2}{3}$ l.

Longirostris, griseus, coleoptris maculis quinque albidis.

Linn. Fn. Sv. 601. Syst. Nat. 609. 30.

Corpus ovatum, nigricans, fronte alba. Rostri apex ferruginous, glaber. Thorax, & elytra subferruginea. Macula alba in postica thoracis. Elytrorum sutura longitudinalis alba. Macula alba ad basin, & alia versus apicem cujusvis elytri. Subtus cinereus.

Habitat in silvis.

307. C. CERASI?

Long. 1. l. Lat. $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris, femoribus dentatis, ater, elytris opacis, oblongis. *F. sp.* 179. 104.

Longirostris ater, elytris opacis, oblongis. *Linn. Fn. Sv. 583.*

Syst. Nat. 607. 11.

C. *Cerasi* totus niger, & opacus, thorace punctis scabro, elytris striatis scabriusculis, muticus. *Scop. Ent. Carn.* 84.

Geof. Ins. 1. 288. 23. *Le Charanson satin gris?*

C. *Cerasi* long. ovatus, villosus canus, femoribus simplicibus, elytris striatis. *Schrink. E. I.* 204.

Totus ater; Elytra striis decem. Pedes simplices.

Habitat in Pruno Ceraso.

* 308. C. F A B E R .

Long. 3. $\frac{1}{2}$ l. *Lat.* $\frac{1}{3}$ l.

Longirostris, oblongus muticus, elytris castaneo-nigris sulcatis, thorace plano, obscuriori.

Totus subniger. Rostrum elongatum, tenue, deflexum. Antennae fractae. Thorax planus, niger, vix punctatus. Elytra fusca profunde striata, abdomine paulo breviora. Tibiae subferrugineae.

Habitat in pratis silvaticis.

* 309. C. V I L I S .

Long. 3. l. *Lat.* $\frac{2}{3}$ l.

Longirostris, cylindricus, obscurus, niger, rostro subcarinato, elytris punctato-striatis.

Fusco-niger, muticus. Antennae breves fractae. Rostrum crassiusculum subcarinatum longitudine thoracis. Elytra obtusa. Femora antica crassiora.

Habitat in hortis incultis.

** *Longirostres femoribus dentatis.*

310. C. S C R O P H U L A R I A E .

Long. 2. l. *Lat.* 1. $\frac{1}{3}$ l.

Longirostris, femoribus dentatis, coleoptris maculis duabus dorsalibus atris. *F. sp.* 171. 95.

C. *Scrophulariae* longirostris subglobosus, coleoptris maculis duabus dorsalibus atris *Linn. Syst. Nat.* 614. 61. *Fn. Sv.* 603.

C. subglobosus, niger, punctis duobus atris suturae longitudinali coleoptrorum, thorace exalbido. *Geof. Ins.* 1. 296.
44. *Le Charanson Lozange de la scrofulaire.*

De Geer. Ins. 5. 208. 3. t. 6. f. 17.

Reaum. Ins. 3. t. 2. f. 12.

Etsi vere niger sit, totus griseus appareat, eo quod tomento cinereo virescenti contectus.

Habitat in Scrophulariis, saepe etiam in Verbasco Thapso. Larva mollis, veluti gutta glutinis metamorphosis subitura, in foliis consistit, gluten exsiccatur, fit folliculus, deindeque spatio unius aebdomadis *Curculio* exit declaratus. Videtur *Linnaeus* vidisse capsulam jam formatam. In Verbasco habitat *Curculio* similis praecedenti, at magis fusco-griseus, immaculatus tomento non adeo depresso, thorace latiore, rostro nigro quod non inflectit sub ventrem uti prior: certe nova species, quae differt etiam magnitudine duplo majori, nisi forma & colore a *Curculione* habitare solito in floribus Anthirrini Linariae.

311. C. A B I E T I S.

Long. 5. l. *Lat.* 2. $\frac{1}{4}$ l.

Longirostris femoribus dentatis, elytris fuscis, fasciis duabus linearibus interruptis albidis. *F. sp.* 175. 84. *Linn. Syst. Nat.* 613. 57. *Fn. Sv.* 615. definitio.

C. longirostris antennis fractis corpore oblongo nigro, maculis griseo-flavis. *De Geer. Ins.* 5. 205. 1. t. 6. f. 11.

Schaeff. Icon. t. 25. f. 1.

Curculio longirostris femoribus omnibus dentatis elytris fuscis, fasciis duabus linearibus interruptis ferrugineis *Schranck. E. I.* 211.

Cum *C. Pini* confusus.

Meum specimen convenit cum descriptione *Schranksii*. l. c. & cum figura *Schaefferi* *Icon.* t. 25. f. 1.

Spinae apicis tibiarum incurvae character a Schrankio in hoc

C. notatus communis est etiam aliis.

Lectus in arbore trunca cariosa.

* 312. C. F A T U U S.

Long. 4. $\frac{1}{2}$ l. Lat. 2. l.

Longirostris femoribus dentatis, ferrugineo-fuscus, elytris punctato-striatis, atomis sparsis cinereis.

Paulo minor praecedenti. Totus ferrugineo fuscus, glaber subnitidus. Rostrum apice incrassatum thorace paulo longius: Antennae fractae fuscae clava subcinerea. Thorax rotundatus punctis elevatis scaber. Elytra striato-punctata punctis ad lentem rufo-tomentosis splendidis, atomisque nunc cinereis, modo flavis adspersa; in singulo novem antice, posticeque partitis. Pedes ferruginei femoribus omnibus apice nigris, clavatis dentatis, tibiisque subdentatis spina apicis incurva. Elytrorum apex nonnihil angustatus.

Capti duo in rubo 23. Jul.

* 313. C. S T A T U A .

Long. 3. $\frac{1}{4}$ l. Lat. 1. l.

Longirostris, femoribus, tibiisque dentatis, ater, scutello, fasciaque elytrorum postica albis.

Singularis prae caeteris omnibus nostratisbus. Fusco-niger. Rostrum subferrugineum, basi, et apice nigrum. Antennae fractae, breves, nigrae. Thorax punctis elevatis numerosis scaber, niger, atomis aliquot indistinctis albis. Loco scutelli punctum albidum. Elytra punctato-striata, striis prominulis acutis, apiceque obtusa, atra, sed ad basin utrinque macula subferruginea, punctisque binis albis (quae non semper adsunt) in medio contiguis, & pone fascia transversa alba marginem non attingente. Pedes omnes fusi, cinereo-nigroque fasciati. Femora acute dentata, ad

basin attenuata, ad apieem crassiora, incurva, ac veluti exarticulata. Tibiae omnes latere interiori dentatae, breves, compressae, posticae etiam incurvatae, & exterius gibbae. Pectus profunde canaliculatum, pro receptione capitis, & rostri. Abdomen subtus sordide flavescens. Accedere videtur ad *C. Stolidum* F. sp. 176. 69.

Insectum timidissimae indolis. Ut cumque tactum motu timorem exprimente, contractis ad femora tibiis mortuum se effingit, immobilitatem induens singularem, quam non deserit, nisi elapso temporis spatio non brevi. Acu transfixum stridet agitando abdominis apicem, attritu elytrorum ad anum. *Tab. V. f. 4. 8.*

Capti tres inter corticem, & lignum Quercus in silvis d. 9. Mart.

314. C. N u c u m .

Long. 2. $\frac{2}{3}$ l. *Lat.* 1. $\frac{1}{4}$ l.

Longirostris, femoribus dentatis, corpore griseo, longitudine rostri. *F. sp.* 179. 106. *Linn. Syst. Nat.* 673. 59. *Fn. Sv.* 616.

C. rufo-marmoratus scutello cordato, albo, proboscide subulata, longissima. *Geof. Ins.* 1. 295. 42. *Le Charason Trompette*.

C. longirostris antennis fractis, corpore oblongo, nigro, pilis viridi-flavis. *De Geer. Ins.* 5. 205. 2. " *Larva*, t. 6. f. 14. 15. 16.

C. Nucum Scop. Ent. Carn. 105. *Schrink E. I.* 213.
Schaef. Icon. t. 50. f. 4.

Specimen unum habeo eximiae magnitudinis, hoc est longum 4. lin. lat. 2. l. Antennae lineis 5. longiores, articulis 9. computata clava, scutello minime albo, elytris concolori: affinitatem *C. Proboscidei* forte confirmat.

Habitat larva in Nucibus Avellanis.

315. C. T O R T R I X.

Long. 2. $\frac{1}{4}$ l. Lat. $\frac{2}{3}$ l.

Longirostris, femoribus dentatis, corpore testaceo, pectore fusco. *F. sp.* 181. 116. *Linn. Syst. Nat.* 615. 67. *Fn. Sv.* 622.

C. ferrugineus, elytris striatis, oculis nigris. *Geof. Ins.* 1. 300. 51. *Le Charanson couleur de rouille.*

C. fulvus longirostris antennis fractis corpore oblongo, flavo testaceo. *De Geer. Ins.* 5. 214. 16.

Flavo-testaceus, pectore fusco, oculis nigris, elytris striatis, rostro tenui longiusculo.

Habitat in Populo tremula folia contorquens.

316. C. D R U P A R U M .

Long. 2. l. Lat. $\frac{2}{3}$ l.

Longirostris, femoribus dentatis, elytris testaceis, obsolete fasciatis. *F. sp.* 181. 113. *Linn. Syst. Nat.* 614. 62. *Fn. Sv.* 617.

C. longirostris, antennis fractis, corpore oblongo rufo, fusco, elytris obsolete fasciatis. *De Geer. Ins.* 5. 214. 7. *Geof. Ins.* 1. 296. 43. *Le Charanson Gamier.*

Schaef. Icon. t. 1. f. 11.

Habitat in Cerasi Padi nucleis.

* 317. C. F U M O S U S .

Long. 2. $\frac{3}{4}$ l. Lat. $\frac{3}{4}$ l.

Longirostris femoribus dentatis, thorace brevi rotundo. elytris griseis nigro-nebulosis.

Statura *C. Tortricis*, at paulo major. Rostrum elongatum, tenue, deflexum. Antennae ferruginae. Thorax fuscus.

Elytra substriata grisea, nigris obsoletis maculis variegata.

Habitat in arvis.

* 318. C. C I N C T U S .

Long. 1. $\frac{1}{2}$ l. Lat. $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris femoribus dentatis, niger, thorace postice fulvo marginato.

Totus niger glaber, thorace excepto postice fulvo marginato. Elytra striato-punctata.

Lectus sub arborum cortice.

319. C. V I O L A C E U S .

Long. 2. l. Lat. $\frac{1}{2}$ l.

Longirostris, femoribus dentatis, violaceus totus. F. sp.

179. 105. Linn. Syst. Nat. 614. 63. Fn. Sv. 579.

Rhinomacer subvillosus, coeruleus. Geof. Ins. I. 271. 5.
Le Becmare bleu à poil.

Curculio longirostris, antennis fractis corpore oblongo, nigro coerulecente, nitido, elytris striatis. De Geer. Ins. 5. 213. 5.

Elytra punctis excavatis striata.

Habitat in Pinu.

*** *Longirostres femoribus posticis incrassatis saltatoriis.*

320. C. S A L I C I S .

Long. $\frac{1}{3}$ l. Lat. $\frac{1}{4}$ l.

Longirostris, pedibus saltatoriis, elytris atris, fasciis duabus albis. F. sp. 183. 125. Linn. Syst. Nat. 611. 43. Fn. Sv. 610.

Circ. longirostris, corpore subgloboso, atro, elytris fasciis duabus albis, maculaque fulva De Geer. Ins. 5. 264. 51. Elytra fascia latiori alba undata ad basin, & alia in medio linearis transversa.

Habitat in Salicis floribus.

321. C. A L N I.

Long. 1. $\frac{1}{3}$ 1. *Lat.* $\frac{1}{2}$ 1.

Longirostris, pedibus saltatoriis niger, coleoptris testaceis, maculis duabus obscuris. *F. sp.* 183. 123.

Curc. Alni longirostris, elytris lividis, maculis duabus obscuris. *Linn. Syst. Nat.* 611. 42. *Fn. Sv.* 608.

Curculio rufus, femoribus posticis crassioribus, elytris maculis quatuor nigris. *Geof. Ins.* 1. 286. 20. *Le Charanson sauteur à taches noires*.

Curculio Alni saltator, longirostris corpore ovato, testaceo, elytris maculis binis fuscis, capite nigro. *De Geer. Ins.* 5. 262. 49.

Saltator. Rufa sunt thorax, elytra, antennae, pedes. Nigra; caput, rostrum, pectus, tibiarum apices. Elytra striata maculis quatuor nigris; in singulo elytro duae, quarum postica multo major.

Habitat in Alno, & Ulmo.

322. C. V I M I N A L I S.

Long. $\frac{1}{2}$, 1. *Lat.* $\frac{1}{3}$ 1.

Longirostris, pedibus saltatoriis, corpore testaceo. *F. sp.* 184. 126.

C. Quercus longirostris, pallide-flavus, oculis nigris. *Linn. Syst. Nat.* 609. 25. *Fn. Sv.* 596.

C. Ulmi longirostris, saltator, corpore ovato flavo-testaceo, oculis nigris. *De Geer. Ins.* 5. 260. 48. t. 8. f. 5.

Curculio rufus, saltator, elytris rufis. *Geof. Ins.* 1. 286. 19. *Le Charanson sauteur brun*.

Reaum. Ins. t. 3. p. 31. t. 3. f. 17. 18.

Rostrum tenuer thorace longius. Elytra punctato-striata, femoribus posticis incrassatis spinosis.

Habitat in Salice, Quercu, Ulmo.

**** *Brevirostres femoribus muticis.*

323. C. B A R B A R U S.

Long. 4, 4. $\frac{2}{3}$ l. Lat. 2, 3. l.

Brevirostris, thorace subspinoso, elytris angulo duplici crenato . *F. sp.* 194. 191.

C. Barbarus. *Linn. Syst. Nat.* 617. 88.

Mas niger, femina cinerea. Oculi a capsula e capite prominente marginati. Pupillae parum convexae.

Habitat in locis arenosis non frequens.

324. C. N E B U L O S U S.

Long. 5. $\frac{1}{2}$ l. Lat. 2. $\frac{2}{3}$ l.

Brevirostris, canus, elytris fasciis obliquis nigris . *F. sp.* 186.

142. *Linn. Syst. Nat.* 617. 84. *Fn. Sv.* 635.

Curculio albo nigroque varius, proboscide planiuscula, carinata, thoracis longitudine . *Geof. Ins.* 1. 278. 1. t. 4. f. 8. *Le Charanson à trompe sillonnée.*

Curculio Carinatus. *De Geer. Ins.* 5. 241. 27.

Curc. Iners Scop. Ent. Carn. 68.

Schaeff. Icon. t. 25. f. 9.

Cinereus. Rostrum rufum sulcis duobus in medio carinam habentibus. Oculorum quasi palpebrae flavae. Thorax rugis elevatis longitudinalibus pallidioribus quinque. Elytra albida maculis quibusdam, fasciisque oblique transversis obscurioribus duabus, punctato-striata. Subtus cinereus. Habitat in campis.

325. C. S U L C I R O S T R I S.

Long. 6. l. Lat. 3. l.

Brevirostris, oblongus cinereus, subnebulosus rostro trisulcato . *F. sp.* 187. 143. *Linn. Syst. Nat.* 617. 85.

C. brevirostris, antennis fractis, femoribus muticis, corpore oblongo cinereo, elytris maculis, fasciisque obliquis nigris.

De Geer. Ins. 5. 240. 26.

Schrank. E. I. 228.

Schaef. Icon. t. 25. f. 3. 10. t. 163. f. 1.

Major *C. Nebuloso*. Rostrum trisulcatum.

Habitat in Caricibus.

* 326. C. O P H T H A L M I C U S.

Long. 7. l. Lat. 3. $\frac{1}{4}$ l.

Brevirostris, oblongus, cinereo, nigroque varius, elytris punctato-striatis, dorso macula utrinque distincta cinerea ocellata.

Statura *C. Sulcirostris*, sed major. Rostrum breve, crassum, bisulcatum sulcis griseo-cinereis. Antennae apice cinereae. Thorax planus cinereo-fuscus. Elytra coadunata fere coailta, punctis minutissimis striata, cinerea, praesertim ad basin: pone medium in dorso, punctum utrinque majusculum distinctum cinereum ocellatum, alterumque ad apicem minutum. Corpus nigrum tomento sordide cinereo tectum. Femora antica clavata, exterius cinerea, interne nigra. Tibiae, tarsique cinerei. Mas nigrior est, sed color magis minusve cinereus ab aetate pendet. Tab. V. f. 12. mas. Tab. I. f. 12. fem.

Habitat in pratis silvaticis arenosis humentibus frequens.

* 327. C. A F F I N I S.

Long. 4. l. Lat. 1. $\frac{1}{3}$ l.

Brevirostris, oblongus niger, elytris cinereo-variis, rostri carina bifurca. Schrank. E. I. 230.

Schaef. Icon. t. 34. f. 2.

Totus niger, sed thorax lateribus, et elytra per totum cinereo-variegata. Rostrum sulcis duobus. Thorax punctis elevatis confluentibus scaber. Elytra singula striis decem ex punctis.

Habitat in silvis.

328. C. V I R I D I S.

Long. 4. $\frac{1}{4}$ l. Lat. 2. l.

Brevirostris, virescens, thoracis, elytrorumque lateribus flavis. F. sp 186. 139.

C. Viridis brevirostris femoribus muticis corpore viridi supra obscuro, subtus flavidiore. Linn. Syst. Nat. 616. 76. Fn. Sv. 629.

C. Flavo-cinctus brevirostris antennis rectis, corpore oblongo viridi, fascia laterali flava. De Geer. Ins. 5. 256. 45.
Le Charanson vert à bande jaune.

Pod. Mus. Gr. 30. 11. Schrank. 233.

Schaef. Elem. t. 108. Icon. t. 53. f. 6.

Dilute viridis, non nitens, striatus. Subtus flavo-viridis.
Habitat in silvis, et hortis.

* 329. C. V E R E C U N D U S.

Long. 1. $\frac{1}{2}$ l. Lat. $\frac{1}{2}$ l.

Brevirostris, supra testaceo-rufus, subtus viridi-argenteus, thorace lineis tribus aurantiacis.

Oblongus; Caput rufum rostro brevissimo, crasso excavato, antennis fractis testaceis, apice nigris. Thorax rufus lineis longitudinalibus aurantiacis in medio, & lateraliter notatus. Elytra, & pedes rufa. Abdomen subtus colore viridi-argenteo, femoribus anticis crassioribus.

Habitat in aridis incultis.

330. C. G R I S E U S.

Long. 3. l. Lat. 1. l.

Brevirostris, supra griseo-fuscus, subtus cinereus, rostro canaliculato. Fab. sp. 188. 152.

Statura *C. lineati* at paulo longior. Rostrum cylindricum sulco longitudinali excavatum. In thorace lineola alba dorsalis a rostri basi ducta ad scutellum. Femora simplicia.

Habitat in hortis.

331. C. L I N E A T U S.

Long. 1. $\frac{1}{2}$ l. Lat. $\frac{1}{2}$ l.

Brevirostris, fuscus, thorace stris tribus pallidioribus. F. sp.
Tom. I.

189. 155. *Linn. Syst. Nat.* 616. 80. *Fn. Sv.* 630.

Curculio rostro thoracis longitudine, thorace striis tribus pallidioribus. *Geof. Ins.* 1. 283. *Le Charanson a corcelet rayé.*

De Geer. Ins. 5. 247. 35.

Schrink. E. I. 242.

Schaef. Icon. t. 103. f. 8.

Habitat in variis plantis.

* 332. C. C. N I G R U M .

Long. 3. 1. *Lat.* 1. $\frac{2}{3}$ 1.

Brevirostris, cinereo-nigroque varius, singulo elytro latera-
liter fascia semicirculari alba, posticeque lunula nigra.

Ovatus. Rostrum crassum breve deflexum. Elytra C. nigro
notata, & punctis nigris aspersa striis interiectis alternis.
Pedes nigro-fasciati. Femora mutica. Videtur diversus a
C. Lunato F.

Habitat in locis paludosis non frequens.

333. C. H I S P I D U L U S .

Long. 2. $\frac{1}{2}$ 1. *Lat.* 1. $\frac{1}{4}$ 1.

Brevirostris fuscus, thorace cinereo lineato, elytris hispidis,
punctis obscurioribus striatis. *F. sp.* 189. 158.

Thorax in nostro specimine niger, fortasse attritu squamulis
villosis spoliatus.

Habitat in sepibus.

334. C. S C A B R I C U L U S .

Long. 3. 1. *Lat.* 1. $\frac{2}{3}$ 1.

Brevirostris, corpore cinereo hispido. *F. sp.* 189. 139.

C. Scabriculus, brevirostris femoribus muticis cinereus, ely-
tris hispidis. *Linn. Mant.* 531.

Totus cinereus. Thorax punctis elevatis scaber. Elytra stria-
ta hispida.

Habitat in locis sabulosis.

335. C. P U N C T A T U S.

Long. 3. $\frac{1}{3}$. Lat. 2. 1.

Brevirostris fuscus, elytris punctis holosericeis, elevatis, marginaque flavo. *F. sp.* 190. 166.

Schaef. Icon. t. 25. f. 6.

Ovatus. Rostrum brevissimum. Thorax glaber. Elytra stria-to-punctata, punctis elevatis holosericeis atris, albisque alternis adspersa.

Habitat in silvis non frequens.

336. C. P U N C T A T U L U S.

Long. 3. 1. Lat. 1. $\frac{3}{4}$. 1.

Brevirostris niger, elytris punctis nigris, albisque alternis holosericeis striatis. *F. sp.* 187. 146.

Habitat ruri.

* 337. C. S E N E X.

Long. 4. $\frac{1}{2}$. 1. Lat. 2. 1.

Fuscus, apterus, elytris rugoso-striatis. *Geof. Ins.* 1. 293.

37. Le Charanson Cartisanne.

Brevirostris, supra obscurus, subtus ater, thorace ampio subcarinato, elytris lineis, & punctis elevatis scabris.

Rostrum breve, crassum, apice dilatum, antennis fractis fuscis, & veluti ab ore derivatis. Thorax planus humeris rotundatis in medio linea elevata dorsali, punctis passim confluentibus scaber. Elytro singulo lineis tribus elevatis, punctisque prominulis exasperato. Abdomen subtus nigrum quod magnam partem elytra tegunt connata, & postice acuminata, femoribus muticis subclavatis. Alae nullae. Variat magnitudine.

Habitat in Pinetis non rarus.

338. C. A S P E R S U S ?

Lon. 1. $\frac{1}{4}$ l. *Lat.* $\frac{2}{3}$ l.

Brevirostris, ater, elytris postice albo-maculatis *F. sp.* 190. 165?
 Ovatus. Rostrum breve, obtusum. Elytra crenato striata,
 postice in primis albo maculata, macula magna triangulare utrinque ad marginem.

Habitat in silvis.

339. C. L A T I R O S T R I S .

Long. 5. l. *Lat.* 2. $\frac{1}{4}$ l.

Brevirostris, rostro latissimo, plano, elytris apice albis,
 punctis duobus nigris. *F. sp.* 193. 181.

Anthribus ater, elytris apice cinerascentibus. *Geof. Ins.* 1.
 307. 3. t. 5. f. 2. *L'Antribe noir strié*.

Silpha oblonga. *Sulzer Hist. Ins.* t. 2. f. 17.

Schaef. Ic. t. 89. f. 6.

α. Violaceus, ater. Caput supra cinereum, & veluti limo
 exsiccatu obtectum apice nigrum, planum, compressum,
 elongatum maxillis validis. Antennae rostro insidentes clavatae,
 clava ex articulis tribus composita. Oculi prominenti
 nigri punctis certa luce, & ad lumen candelae mi-
 cantibus etiam in mortuo. Thorax antice, & postice an-
 gustatus dorso scabro, concavo, eminentia laterali. Ely-
 tra fusco-violacea fasciis tribus eleganter cinereo-pictis, &
 nigro margine laciniatis, apice cinerea, punctis duobus
 nigris non semper praesentibus. Abdomen subtus cinereum
 lateribus nigris. Pedes nigri cinereo-annulati tarsis tribus
 spongiosis. Alae albae. *Tab. V. f. 5.*

β. Variat interdum, sed rarius corpore toto nigro, elytrorum
 tantum apice cinereo; varietas a *Geoffroy* observata.
 Habitat in Fraxino, & Alno emortua non rarus mens. Januar.

C. Albinus numquam inventus.

***** *Brevirostres femoribus dentatis*.

340. C. N I G R I T A.

Long. 4. $\frac{1}{2}$ l. Lat. 2. $\frac{1}{2}$ l.

Brevirostris, femoribus dentatis, niger, obscurus, thorace scabro, elytris crenato-striatis. *F. sp.* 197. 211.

Corpus ovato-globosum. Antennae articulo primo praelongo. Elytra cum sint in foveolis cinereo-tomentosa, apparent pulverulenta.

Habitat in silvis frequens.

341. C. P Y R I .

Long. 4. l. Lat. 1. $\frac{2}{3}$ l.

Brevirostris femoribus dentatis, aeneo-fuscus. *F. sp.* 198. 217.

Linn. Syst. Nat. 615. 72. *Fn. Sv.* 623.

C. squamoso-viridis, rostro thorace breviore, pedibus rufis.

Geof. Ins. 1. 282. *Le Charanson à echilles vertes, et pattes fauves.*

C. brevirostris antennis fractis, rufis, corpore oblongo aeneo nitido, pedibus rufis. *De Geer. Ins.* 5. 246. 34.

Schaef. Icon. t. 2. f. 11.

Oblongus. Rostrum breve, deflexum. Thorax punctatus.

Elytra crenato-striata, aeneo-fusca, pedibus, antennisque rufis. Variat pedibus nigris. Femina masculo fere duplo major, & magis nitens.

Habitat in Pyro.

342. C. O B L O N G U S .

Long. 2. $\frac{1}{4}$ l.

Brevirostris femoribus dentatis, antennis, elytris, pedibusque ferrugineis. *F. sp.* 199. 220. *Linn. Syst. Nat.* 615. 21 *Fn. Sv.* 625.

Curculio oblongus niger, elytris, pedibusque testaceis. Geof. Ins. 1. 294. 39. *Le Charanson à etuis fauves.*

Scop. Ent. Carn. 95. *C. Pruni. Schrank. E. I.* 224.

Schaef. Icon. t. 163. f. 6.

Habitat intra corticem, & lignum.

343. C. O V A T U S.

Long. 2. $\frac{3}{4}$ 1. *Lat.* 1. $\frac{1}{2}$ 1.

Brevirostris, femoribus dentatis, corpore nigro, pedibus antennisque rufis. *F. sp.* 199. 122. *Linn. Syst. Nat.* 615. 69. *Fn. Sv.* 626.

C. Rosae. apterus brevirostris, pedibus, antennisque fractis rufis, corpore oblongo nigro-fusco. *De Geer. Ins.* 5. 219. 11. Rostrum brevissimum. Antennae longiusculae, fractae. Abdomen valde convexum.

Habitat in hortis frequens.

344. C. A R G E N T A T U S.

Long. 2. $\frac{3}{4}$ 1. *Lat.* $\frac{3}{4}$ 1.

Brevirostris, femoribus dentatis, corpore viridi-argenteo. *F. sp.* 198. 218. *Linn. Syst. Nat.* 615. 75.

C. squamosus viridi-auratus. *Geof. In.* 1. 293. 38. *Le Charanso vert de l'Ortie.*

C. Urticae brevirostris, antennis fractis, femoribus dentatis, corpore oblongo viridi nitido, pedibus viridibus. *De Geer. Ins.* 5. 219. 12.

α . Variat pedibus antennisque rufis. *C. Argyreus.* β . *Pod. M. G. p.* 30.

β . Colore viridi-argenteo.

γ . Colore viridi-aurato.

Scop. Ent. Carn. 91. *Schrank. E. I.* 223.

Schaef. Icon. t. 170. f. 1.

Habitat in variis plantis, frequens in Jasmino Officinali, & in Populo tremula.

345. C. N U B I L U S.

Long. 3. $\frac{1}{3}$ 1. *Lat.* 2. 1.

Brevirostris, femoribus dentatis, griseus, elytris punctis obscurioribus numerosis. *F. sp.* 197. 210?

Griseus, corpore ovato-globoso. Rostrum breve, apice non incrassato. Elytra crenato-striata, punctis numerosis obscuris aspersa, & magnam abdominis partem subtus tegentia. Femora dentata.

Habitat in silvis.

* 346. C. F U L L O .

Long. 3. $\frac{1}{2}$ l. Lat. 1. $\frac{1}{2}$ l.

Brevirostris, femoribus omnibus dentatis, elytris nigris albo-punctatis. Schrank. E. I. 221.

Abdomen ovatum. Color niger, sed elytra albo maculata, uti in *Sc. Fullone*, etiam thorax, sed punctis minimis. Pedes fusci, femora omnia dentata, primi paris clavata. Rostrum valde breve, crassum.

Diffr. a *C. Gemmato Scop.* et *Fabricii*, antennis brevissimis non villosis, & rostro apice non dilatato.

Habitat in locis silvaticis non rarus.

XLI. R H I N O M A C E R .

Palpi quatuor extrorsum crassiores, articulo ultimo truncato.

Antennae setaceae rostro insidentes.

* 347. R. B R E N T O I D E S .

Long. 1. $\frac{2}{3}$ l. Lat. $\frac{1}{3}$ l.

Glaber, piceus, thorace punctato, elytris punctato-striatis. *D. D'Antic. Soc. Linn.*

Insectum apud nos frequens. A me an. 1789. cum aliis multis rariss., & indescriptis transmissum Parisios ad *D. D'Antic*, qui respondit hoc habitare etiam Monspeliae, & descriptionem affabre factam concessit, quae sequens est.

Paulo major *C. Granario*. Caput elypticum, depresso, thorace paulo majus, punctatum, submarginatum, subvillo-

sum, piceum. Oculi nigri medio positi. Antennae moniliformes, crassae, vix capite longiores, hirtae, nigrae, ante, & subtus oculos positae. Palpi ferruginei. Thorax elongatus, marginatus, punctatus, glaber, piceus, paulo minor capite. Elytra elyptica connata, margine reflexa, punctato-striata, picea. Abdomen piceum. Pedes picei.

Tarsi villosi articulis quatuor? *Tab. III. f. 14.*

Habitat sub arborum cortice.

XLII. ATTETALABUS.

Palpi filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum palpos tegens. *Antennae* moniliformes, insidentes rostro.

348. A. CORYLI.

Long. 3. $\frac{1}{2}$ l. *Lat.* 1. $\frac{2}{3}$ l.

Niger, elytris rufis, reticulatis. *F. sp.* 199. 1.

A. Coryli niger elytris rubris. *Linn. Syst. Nat.* 619. 1. *Fn. Sv.* 638.

C. niger elytris rubris capite pone elongato. *Linn. Fn.* 1. 476.

C. excoriato ruber brevirostris, antennis rectis, corpore brevi subquadrato, nigro, elytris rubris, capite ovato, postice attenuato. *De Geer. Ins.* 5. 257. 46. t. 8. f. 3.

Rhinomacer niger, thorace, elytrisque rubris, capite pone elongato. *Geof. Ins.* 1. 273. II. *La tête écorchée.*

Curc. Collaris. *Scop. Ent. Carn.* 71. *Schrank. E. I.* 194.

Schaef. Icon. t. 56. f. 5. 6.

Descriptio Linnaei in Fn. Sv. 2. 638. optima. In meis specimenibus tamen femora semper rubra.

Habitat in Coryli foliis quae involvit in cylindrum utrinque clausum.

349. A. CURCULIONOIDES.

Long. 3. l. *Lat.* 1. $\frac{1}{2}$ l.

Niger, thorace, elytrisque rubris. *F. sp.* 200. 3.

A. Curculionoides niger thorace, elytrisque rubris. *Linn.*
Syst. Nat. 619. 3.

Rhinomacer niger, thorace, elytrisque rubris, proboscide longitudine capitidis. *Geof. Ins.* 1. 273. 10. *Le Becmare laque*.

Curculio nitens. *Scop. Ent. Carn.* 72. *Schrank. E. I.* 193.
Schaef. Icon. t. 75. f. 8.

Totus niger, thorace, & elytris rubris.

Habitat in Corylo, Salice, Alno, frequens.

350. A. P U B E S C E N S.

Long. 1. $\frac{1}{2}$ l. *Lat.* $\frac{3}{4}$ l.

Violaceus, hirtus, rostro atro *F. sp.* 200. 5.

C. Pubescens. *Syst. Ent.* 131. 19.

Facies *C. Bacchi* & *Betulae*, sed paulo minor. Rostrum longitudine thoracis atrum sulcatum. Thorax cylindricus, gibbus. Elytra violacea punctato-striata, pilis fuscis hirta. Habitat in plantis non frequens.

XLIII. C L E R U S.

Palpi quatuor anteriores filiformes, posteriores longiores securiformes. *Antennae* moniliformes.

351. C. F O R M I C A R I U S.

Long. 4. l. *Lat.* 1. $\frac{1}{2}$ l.

Niger, elytris fascia duplice alba. *F. sp.* 201. 4.

Attelabus Formicarius niger, elytris fascia duplice alba basique rubris, *Linn. Syst. Nat.* 620. 8. *Fn. Sv.* 641.

Clerus Formicarius niger, thorace, elytris antice, abdomineque rubris, elytris fasciis binis albis. *De Geer. Ins.* 5. 160. 3. t. 5. f. 8. *Le Clairon Fourmi*.

Dermestes Formicarius. *Schrank. E. I.* 35.

Tom. I.

M E N D A T Y P O G R A P H I C A.

E R R A T A.

	C O R R I G E .
Tom. I. Ind. N. 1022. Rumina	Hypsipyle
N. 1118. Fanthina	Janthina
pag. 41. §. 101. paulo minor	paulo minus
p. 61. §. 150. lineola & punctis	lineola ex punctis.
p. 66. §. 165. N. S. I.	N. I. C.
p. 73. §. 185. Limbaea.	Limbata.
p. 78. §. 196. Bleu.	Bleu?
p. 80. §. 202. t. 9. f.	t. 9. f. 1.
p. 81. §. 204. Ins. 5. 294.	Ins. 5. 303.
p. 83. §. 208. D. Scarabaeoidis	D. Caraboidis
p. 83. §. 210. Long. 2. l. Lat. 1. $\frac{1}{2}$ l.	Log. 3. l. Lat. 2. l.
p. 123. §. 314. Charason	Charanson
p. 124. §. 316. Gamier	Damier
p. 129. §. 331. stris	striis
p. 133. §. 341. echilles	ecailles
p. 134. §. 344. Charansò	Charanson
p. 142. §. 359. nigroque	nigroque.
p. 169. §. 419. C. Ruficollis.	C. Ruficollis?
p. 201. §. 492. seminae	semine
p. 210. §. 517. Lat. 1. l.	Lat. 2. l.
p. 224. §. 557. Long. 9. $\frac{1}{3}$ l.	Long. 1. $\frac{1}{3}$ l.
p. 225. §. 560. Long. 1. l. Lat. $\frac{1}{3}$ l.	Long. 1. $\frac{2}{3}$ l. Lat. $\frac{2}{3}$ l.
p. 237. §. 589. punctato striati	punctato striatis
p. 251. §. 620. subclavata	subclavatae
T. II. p. 32. §. 733. genital	genitale
p. 91. §. 881. Vacus	Vagus
p. 104. §. 915. femora flava	femora rufa
p. 108. §. 925. ab L. Bic.	ab. A. Bic.
p. 125. §. 957. lateribum	lateribus
p. 156. §. 1036. caudatis	caudatis
p. 169. §. 1076. alia	alis

Fig I.



Fig. II.



Fig. III.




Fig. IV.



Fig. V.



Fig. VII.




Fig VI.



Fig. VIII.



Fig. IX.



Fig. X.



Fig. XI.



Fig. XII.



Fig. XIII.



Fig. I.



Fig. II.

Fig. III.



Fig. IV.



Fig. V.

Fig. VI.



Fig. VII.



Fig. IX.



Fig. X.



Fig. XI.

Fig. XIV.



Fig. XII.



Fig. XV.



Fig. XIII.



Fig. II.



Fig. I.



Fig. III.

Fig. V.



Fig. VI.



Fig. VII.

Fig. IX.



Fig. VIII.



Fig. X.


Fig. XII.



Fig. XIII.



Fig. XIV.

Fig. II.*Fig. III.**Fig. I.**Fig. IV.**Fig. VI.**Fig. V.**Fig. VII.**Fig. IX.**Fig. VIII.**Fig. XI.**Fig. X.**Fig. XII.*